



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum ad hoc quòd vniatur humana natura uerbo in persona requiratur
habitualis gratia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

AD QVARTVM dicendum, qd si ponatur anima Christi nō habere gratiā, tunc Christo conueniet beatitudo increata inquantū est filius naturalis, nō autē beatitudo creata, quā debetur filiis adoptiuis.

AD QVINTVM dicendum, quod Christus secundum diuinā naturam est bonus per essentiam, non autem secundum humanam naturam, & quantum ad hanc indiget participatione gratiā.

AD SEXTVM dicendum, quod lumen solis, & candelae ad idem ordinantur, non autem vnio diuinitatis ad animam Christi & personam per gratiam, & ideo non est simile.

AD SEPTIMVM dicendum, quod vnio diuinitatis ad animam Christi sufficit ad hoc quod est, non tamen sequitur quod vnio gratiā superflua, quia ad aliud ordinatur.

AD OCTAVVM dicendum, quod scientia nobilior & ignobilior ad idem ordinantur, scilicet ad cognitionem rei, non autem ita, est in proposito: unde ratio non sequitur.

AD NONVM dicendum, qd duplex est instrumentū, quoddam inanimatū quod agitur, & non agit, vt securis, & tale nō indiget habitu. Quoddā vero animatū, vt seruus quod agit & agitur, & hoc indiget habitu, & tale instrumentū ē humanitas diuinitatis.

AD X. dicendum, quod anima Christi unita erat plenitudo omnis boni ex ipsa personali verbi vnio ne, non tamen formaliter, sed personaliter, & ideo indigebat informari per gratiam.

AD IX. dicendum, qd anima vnita verbo personaliter nulla creatura est melior simpliciter loquēdo, sed secūdu quid nihil prohibet. Sicut enim eius corpore nobilior fuit color secundum quid, prout scilicet erat actus eius: ita & anima Christi melior est gratia eius, inquantum est perfectio ipsius.

AD XI. dicendum, quod gratia est similior quantū ad aliquid, inquantum comparatur ad animā Christi vt ad us ad potentia, & secundū hoc per gratiā anima Christi Deo conformabatur: sed quantum ad alia ipsa mens est similior, scilicet quantum ad naturales proprietates, in quibus Deum imitatur.

AD XII. dicendum sicut ad primum.

ARTICVLVS II.

Vtrum ad hoc, quod humana natura uerbo uiuere in persona, requiratur habitualis gratia.

3797.

Secundo queritur, utrum ad hoc qd humana natura uerbo uiuere in psona, requiratur habitualis gratia. Et uidetur qd nō. Prius em̄ est intelligere substantiā in esse suppositi, quā aliquod accidēs ei inherens: sed per vnionē humanā naturā cum uerbo cōstituitur humana natura in esse suppositi. cū ergo gratia sit accidēs, uidetur qd prius sit intelligere unionē humanā naturā ad uerbum quā gratiam, & ita gratia non requiritur ad unionem.

¶ 2. Præt. Humana natura est assumptibilis a uerbo inquantū est rōnalis: hoc autē non datur sibi per gratiā, ergo per gratiam nō disponitur ad unionē.

¶ 3. Præt. Anima ad hoc infunditur corpori, ut in ea perficiatur sciētia & uirtutibus, vt patet per Magistrū 2. distin. 2. lib. Senten. sed per prius uniuert uerbo, quā corpori anima Christi, alias sequeretur quod suppositum esset assumptum, nā ex vnione animā ad corpus constituitur suppositum. ergo prius est intelligere unionem animē Christi ad uerbum, quā sit intelligere gratiam in ipsa, & sic gratia ad unionem prādictā non disponit.

Lib. 1. Sent. ex patra.

¶ 4. Præt. Inter naturā & suppositum nō cadit aliqui accūs mediū: sed natura humana uniuert uerbo supposito. non ergo cadit ibi gratia sicut mediū disponens.

¶ 5. Præt. Natura humana uniuert uerbo non solū secūdu animā, sed etiā secūdu corpus, corpus autē non est gr̄e susceptiuū. ergo ad vnionē humanā naturē ad uerbū nō exigitur gratia sicut dispositio mediā.

¶ 6. Præt. Sicut dicit Aug. in Epistola ad Voluntianū. In his q̄ mirabiliter fiūt, tota ratio facti est potentia facientis: sed vnio humanē naturē ad diuinā est sup oīa mirabiliter facta. ergo non oportet ex parte facti aliquā dispositionē ponere, sed sufficit potentia facientis, & sic non requiritur aliqua gratia mediā.

SED CONTRA est, qd Aug. dicit, qd quicquid conuenit filio Dei per naturā, conuenit filio hominis per gratiā: sed esse Deū conuenit filio Dei per naturam: ergo & filio hoīs cōuenit per gratiā: cōuenit autē ei per vnionem. ergo ad vnionem requiritur gr̄a.

¶ 2. Præt. Excellentior est vnio in persona, quā in perfruitionem: sed ad hanc secundam vnionem requiritur gratia ergo & ad primam.

RESPON. Dicendū, qd habitualis gratia ad unionē prādictā requiri potest itelligi dupliciter. Vno modo per modum principij causantis, & sic ponere vnionem in Christo esse factam per gratiam sonat hāeresim Nestorij, qui ponebat non aliter humanitatem esse in Christo uerbo vnitam, nisi secundū perfectam similitudinem gratiā. Alio modo per modum dispositionis, & hoc potest esse dupliciter

vel secundum modum dispositionis necessitatis, uel congruitatis. Necessitatis quidē, sicut calor est dispositio ad formā ignis, uel raritas: quia materia non potest esse ppria materia ignis, nisi intelligat cum calore, & raritate. Congruitatis uero, sicut pulchritudo est qdā dispositio ad matrimonium. Dicit ergo quidam, qd gr̄a habitualis est dispositio in modo necessitatis, quasi faciēs humanam naturā esse assumptibilem: sed istud non uerū. Nam gratia magis est finis assumptionis, qd dispositio ad assumptionē.

Dicit n. Damascenus, qd Christus ad hoc assumptus humanā naturā, ut eā curaret, quē quidē curauit per gratiā, unde gratia habitualis in Chro magis intelligitur ut effectus vnionis, quā ut preparatio ad vnionem. Et hoc significatur Ioa. 1. Vidimus eum quasi unigenitū a patre, plenum gratiē & ueritatis. Quasi ex hoc ipso plenitudo gr̄e Christi cōuenit qd est unigenitus patris per vnionē: & sic habitualis gr̄a nō intelligitur dispositio ad unionē nisi per modū congruitatis. Et per hunc modū habitualis gratia potest dici gratia vnionis, quāuis cōuenientius, & magis secūdu intentionē sanctorū, gratia unionis intelligatur ipsum esse in persona uerbi, qd humanā naturē absq; meritis prācedētibus collatum est, ad qd non requiritur gratia habitualis, sicut ad fruitionem, quā in operatione consistit: nam habitus non est principium essendi, sed operandi.

Et per hoc patet solutio ad obiecia.

ARTICVLVS III.

Vtrum gratia Christi sit infinita.

Tertio queritur, utrum gratia Christi sit infinita. Et uerū qd sic. Oē enim finitū est mensuratum: sed gratia Christi nō est mensurata, quia spiritus datus est Christo non ad mensuram, ut dicitur Ioa. 3. ergo gratia Christi est infinita.

¶ 2. Præt. Quolibet finito Deus pot̄ quilibet malis facere,